

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[126\] : De Curetibus & Corybantibus](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[132\] : De Curetibus & Corybantibus](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus](#)□

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[132\] : Des Curetes & Corybants](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[132\] : Des Curetes & Corybantes](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ)□ ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s) Grec ancien

Pagination 305v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Curètes, Corybantes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

Mythologia

dere, nullamque in partem magis deuergere, quam turrata corona insignitâ idcirco in curru vehi sinxerunt. vocata est omnium deorum mater, quia, ut diximus, omnium corporum naturalium sit sedes & fundamentum, circa quâ & ex qua omnis sit animalium generatio, & elementorum serè mutationes. atque harum mutationum celeritati plurimum confert ventorum natura, qui ministri sunt frigoris & caloris: nam omnis vis naturæ plurimum ab illis adiuuatur.

De Latona.

NEQVE vero simplex de mundi ortu explicatio per fabulas excogitata est ab antiquis; quippe cum ex informi materia, quam chaos appellabant, natum esse primum Solem ac Lunâ crediderint. nam Latona dicta est chaos, quod omnia naturalia corpora in ea permixta & confusa latuisse credita fuerint. alii dixerunt Latonam esse terram, cui Iuno obstitit ne pareret Phœbum ac Dianam, ob frequentes vapores, qui mundo recente adhuc contigerunt, quibus Solem ac Lunam occultari diu accidit. cum vero ita frequentes nebule contingant sole inualecente præcipuè, pestifer sit aer, multiq; grauisissimi morbi animalia & plantas infestant. at ubi sol iustas vires assumpserit, tunc cessant illi morbi ob aerem digestum, omniq; via pestilentie, nisi si qua fiat è contagione, euanescit. Sic enim Apollo est dictus serpentem sagittis interfecisse.

De Curetibus & Corybantibus.

QVOD autem venti terræ, rerumque omnium generationi plurimum conferant, patuit vel ex eo, quod Curetes ac Corybantes, qui venti erant, matris Deum ministros esse tradiderunt, quod per eorum strepitum significabatur. per hos enim non modo pluuie & frigora fiunt, sed omnia naturæ opera, neque vllum est vel plantæ vel animalis semen quod ventosum non sit & per ventum extrudatur, cum sit generationi proximum. sic igitur venti dicebantur salutis animalium autores, generationi rerum præfecti, & mari imperare, quod significabatur per Curetes & Corybantes.

De Cyclopibus.

TVM rursus eorum, quæ sunt in sublimi materiam, naturamque explicantes Cyclopum fabulam effinxerunt: Dixerunt enim Cyclopes esse vapores, è quibus fulmina, & fulgura, & tonitrua nascerentur ac fierent. neque vero vapores illi, nisi per calorem solis in aera possunt extenuari, qui partim è mari partim è terra extrahuntur. fiunt autem frequentes vapores eo tempore, quo fieri solent fulmina, hi postea in sublimi vi lunæ condensati, à superiore frigore detruduntur. At Ethicè.

Cyclopes impios, & deorum cultum contemnentis faciunt, & in omni genere crudelitatis ac feritatis propensos; & eorum principem Polyphemum præcipuè, qui nihil honestum, nisi quod ventri placeret, nihil pium, nihil sanctum existimabat. Sed cum improbitas omnis Deos vindices habeat, re-meritatis crudelitatisque suæ condignas pœnas persoluit in omni vitæ tempore.